



Universitätsbibliothek Paderborn

Concilia Galliæ Narbonensis

Baluze, Etienne

Parisiis, 1668

XIII. Bulla Innocentij IV. ad Guillelmum Archiepiscopum Narbonensem, qua ei concedit ut quandiu vixerit, crucem ante se faciat deferri per provinciam Narbonensem. Ex archivo Archiepiscopi Narbonensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14646

anno & die quo suprà dictus Amalricus amparavit curiam dicti Domini Archiepiscopi, & flexum, & potum bestiarum, & animalia, & omnes res quæ erant in curia prædicta & dominium totum quod Dominus Archiepiscopus habet in civitate Narbon. & suburbio de Bellovidere. Item **lii.** libras **vi.** solidos, **viii.** denarios Melgorienses de ledda majori pro solutione **viii.** mensium, scilicet pro Julio, Augusto, Septembri, & Octobri, Novembri, Decembris, Januario, & Februario. Item **xxii.** denarios Melgorienses de ledda furnorum infra tempus antedictum. Item **ii.** solidos Melgorienses de ledda panis infra tempus antedictum. Item **x.** libras minus **v.** solidos Melgor. habuit dictus A. de loguerio tabularum civitatis.

XIII.

Bulla Innocentij IV. ad Guillelmum Archiepiscopum Narbonensem, qua ei concedit ut quandiu vixerit, crucem ante se faciat deferri per provinciam Narbonensem.

Ex archivio Archiepiscopi Narbonensis.

INNOCENTIUS Episcopus servus servorum Dei
venerabili fratri Archiepiscopo Narbonensi sa-
lutem & apostolicam benedictionem. Ut frequen-
ti resumat memoria fidelis quilibet Passionem Do-
mini Jesu Christi, crux portatur, exponitur, & ha-
betur, in qua verè mors legitur creatoris, scilicet
victoria, nostra salus. Hanc namque in signum
dignitatis majoris, ad honorem & laudem filij Dei
vivi, Romanus Pontifex concedit quibusdam Præla-

tis majori præminentibus dignitate per certa terrarum spatha præferendam , ut in ipsa fidelium turba concurrentium glorietur, in dispersione verò dentur & fugiant infideles. Volentes itaque personam tuam, tanquam nobile membrum Ecclesiæ , quanta possumus honorificentia prævenire ac potioribus dotare insigniis, ut quo gradu præmines altiori , majoribus honoribus attollaris, sicutque fias Dei cultoribus amabilis & decorus, erubescant & à facie tua fugiant infideles , quibus tua provincia , sicut asseritur , non est munda , tuis precibus inclinati , quod ad exaltationem & gloriam nominis Christiani tuique honoris & dignitatis augmentum , ante te per tuam provinciam deportari facias, quandiu vixeris, liberam tibi auctoritate præsentium concedimus facultatem. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostræ cōcessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Lugduni vi. Idus Februarij , pontificatus nostri anno tertio.

XIV.

INNOCENTII IV. ROMANI PONTIFICIS
epistola ad Guilielmum Episcopum Parisensem , ut Regem ac Reginam moneat & inducat ad servanda privilegia Ecclesiistarum provinciæ Narbonensis.

Ex archivo Archiepiscopi Narbonensis.

INNOCENTIUS Episcopus servus servorum Dei venerabili fratri Episcopo Parisensi salutem & apost olicam benedictionem. Sua nobis venerabi-